Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Euclidi placuit, Linea recta est ab vno puncto
ad alium extensio brevissima, in extremitates
suas vtrumque eorum recipiens. vt linea ducta
ab. a. puncto, in punctum. b. non quaeque alias
inter eadem puncta ducatur, si a rectitudine
deviat, longior fiat necesse est: et curva linea
dr, quae opposita definiri, et cognosci hic.
Linea recta quotuplex est? Multiplex.
quam enim diametrum est, quaeda axis, quam
chorda: quaeda costa, alias latus, alia basis,
alia cathetus, alias coradiscus: alias ipotenu-
sa, alia diagonalis, alia perpendicularis. alia
orthogonalis. Haec et alia plura in Geo-
metricis et astronomicis demonstrationibus
linea recta accipit nomina.